UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones mediocres sancti Bonauenture de tempore

Bonaventura <Sanctus>

Argentine, 14. III. 1496

De euangelio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31133

Visual Library

qui clangens buccina cōuo/
cauit domū abyezer. ⁊c. Itē
qui callide agit. et non ſemꝑ
viribus ſuis confidit. ij. Re/
gū. v. Non aſcendes in obui
am eorū. ſed gyra poſt tergū
eorum. Item qui ſiniſtros
euentus caute ꝓſpicit. ij. Re
gū. x. Si ꝓualuerint contra
me ſyri eris mihi in adiuto/
rium. ⁊ ſi ꝓualuerint ⁊c.

Quarto vocati ſumus ad
coronaꝫ regni celeſtis perci/
piendam. Matth. xxv. Tūc
dicet rex his qui a dextris eiꝰ
erunt. Venite benedicti pa/
tris mei poſſidete paratū vo
bis regnū a ꝯſtitutione mū/
di. Hec eſt finalis bn̄dictio
quā rex ⁊ ſacerdos ille ſūmꝰ
dabit populo ſuo. j. Petri. iij
In hoc vocati eſtis vt bene
dictionem hereditate poſſi/
deatis. Hereditario enī iu/
re debetur corona ⁊ regnuꝫ
iſtud nobis. quia coheredeſ
chriſti ſumus. Sap. v. Acci
pient regnuꝫ decoris et dya
de. ſpeciei de manu domini
⁊c. In hac vocatione digne
ambulat humilis et pauper
hō qui dei mirabilia cōſide/
rat. Eccles. iiij. Melior eſt
puer pauper ⁊ ſapiens. rege
ſene ⁊ ſtulto qui neſcit ꝓuide
re in poſterū. ꝙ de carcere ca
thenisq; interdū quis egre/
dit. ⁊ alius natus in regnuꝫ
inopia ꝯſumitur. Item qui
vanam gloriam non captat.
Gal. v. Si ſpiritu viuimuſ.
ſpiritu ⁊ ambulemꝰ. nō effi/
ciamur inanis glorie cupidi
⁊c. Item qui terrenis nego/
cijs ſe non implicat. quia ta/
lis dum de pluribꝫ intendit
vnū quod ſumme neceſſari/
um fuerat ꝑdit. ſcꝫ coronaꝫ
perpetuā. j. Corinth. ix. Om
nis qui in agone contendit.
ab omībꝫ ſe abſti. ⁊ illi qui. vt
cor. co. ac. nos autem incor/
ruptam.

De euangelio.

Ecce qui
dam ydropicus erat
ante illū ⁊c. Lu. xiiij.

Quattuor hic notanť. ſ. pha
riſeorum taciturnitas. ydro
pici ſanitas. locorum diuer/
ſitas. pauperuꝫ affabilitas.
Unde ꝟſus. Qui taceāt. qͦs
ſanetur. loca quis petat alta.
Quos tibi conuiuas ſtatu/
as. h̄ themate diſce. Pha
riſeorum taciturnitas nota
tur cū dicit. At illi tacuerūt
malicioſe. ſ. ⁊ inſidioſe. vt vel
ei detraherent. vel odiuꝫ qđ

contra eũ habuerãt abſcon
derent. vel vt eũ tanq̃ꝫ legis
ꝑuaricatorem in poſterũ ac/
cuſarent. Joh.ix. Nõ eſt hic
homo a deo qui ſabbatum
nõ cuſtodit. vel ideo tacue/
runt. qꝛ quid contra manife
ſtam oppoſitionẽ adaquãdi
pecoris dicerent non habe/
bant. Glo. Merito tacent.
qꝛ contra ſe dicturos quic/
quid dixerint vident. Naꝫ ſi
licet ſabbato curare. q̃re ſal/
uatorẽ ne curet obſeruant.
Si non licet. q̃re ipi ſabba/
to pecora curant. Moralit
tales hypocrite ⁊ obſeruato
res multi ſunt. qui dũ in de/
fenſione veritatis et in caſu
ꝓximi loqui deberẽt vtiliter
labia ſua cõtinent malicioſe
⁊ impudenter. Ecci.iiij. Ne
reuerearis ꝓximũ tuũ in ca/
ſu ſuo. nec retineas verbum
in die ſalutis. Et illud. Ab/
ſcondũt odiuꝫ labia doloſa.
Ps. Muta fiant labia dolo
ſa. Poeta. Raro ſermo illis.
⁊ multa libido tacendi. Qui
curios ſimulãt ⁊ bachanalia
viuunt. Ydropici ſanitas
notat cũ dicit. Et erat q̇daꝫ
ydropicus ante illũ. ipſe ve
ro apprehenſum ſanauit euꝫ
⁊c̃. Per ydropicũ ſignantur
auari. qui dũ ſanant auari/
cia excludit. Glo. Prouida
diſpenſatione ante peritos
phariſeos dñs ydropicum
curat ⁊ mox ꝯtra auariciam
diſputat. vt videlicet ꝑ hmõi
egritudinẽ corpis. in illis ex
pellat egritudo mentꝭ. De/
niq̃ꝫ poſt multa diſputatõis
eius hortamẽta. ſubiũctum
eſt. Audiebant auteꝫ omnia
hec pharifei qui erant auari
et deridebant illum. Ydro/
picus quippe quo amplꝰ bi/
bit amplius ſitit. et omnis
auarus ſitim multiplicat. q̃
cum ea q̃ appetit adeptꝰ fue/
rit ad appetendũ ſimul ⁊ ob/
tinendum amplius anhelat
Et nota ꝙ ſignanter dictuꝫ
eſt. ipe vero apprehenſuꝫ ſa/
nauit eum ac dimiſit. Appre
hendit enim dominus aua/
ros exemplo paupꝛtatis ſue.
Trenoꝝ.iij. Recor. paup. me.
et tranſ m. ⁊c̃. Sanat ſpiri/
tu conſilij ſui. quo dic̃ Mat
thei.xix. Uade ⁊ vende om/
nia que habes ⁊ da pauperi
bus. ⁊c̃. Dimittit eos in viã
pacis ⁊ ſalutis. ſicut zacheũ
Luce.xix. Hodie ſalus do/
mui huic facta eſt. ⁊c̃. Uel a/
liter. Apprehendit per con/
tritionem. ſanat ꝑ ꝯfeſſionẽ.

dimittit per ſatiſfactionem.
iuxta illud. Non dimittitur
peccatum niſi reſtituať abla
rum. verbū iuris eſt. 3 Lo/
coꝛuʒ diuerſitas attenditur
in pꝛimo et nouiſſimo. Pri/
mū vetat. nouiſſimū cōmen/
dat. cū dicit. recumbe in no/
niſſimo loco. i. in humili ꝛ cō
muni. Glo. Non in pmo lo/
co, hoc eſt, non ſe de meritis
gloꝛiando quaſi ceteris ſub
limioꝛ extollat: ne foꝛte ho/
noꝛatioꝛ ſit inuitatus. ꝛc̄. vſ/
qꝫ ibi. ꝛ tūc incipies cum ru/
boꝛe nouiſſimū locū tenere.
Glo. Honoꝛatioꝛi poſt inui
tato locū dat ille qui de lon/
ge conuerſationis ſue confi
dentia ſecurioꝛ factuſ. vita il
loꝛum qui ſe in chꝛiſto ſecu/
ti ſunt agilitate pitur. vel ali/
ter. Cum ruboꝛe nouiſſimū
locum tenet, qui de aliȷs me
lioꝛa cognoſcens, quicquid
de ſua operatione celſuʒ ſen
tiebat, humiliat: dicens cuʒ
ꝓpheta: In laboꝛibus a iu/
uentute mea, exaltatus aūt
humiliat⁹ ſum ꝛ cōturbat⁹.

Nota qꝫ i loco nouiſſimo
recumbenduʒ eſt ꝓpter tria.
ſcʒ ꝓpter ſecuritatem, pacem
ꝛ honoꝛabilioꝛem pmotio/
nem. Securioꝛ eſt homo in
imo qꝫ i alto. Multi eni pa/
tiunť vertiginē capitꝭ qn̄ ſūt
in alto ꝛ cadūt. qđ nō ē timē
dum in imo poſitis. Poeta.
Qui iacet inferi⁹ nō habʒ vn
de ruat. ꝛ illud. Perſtāt altiſ
ſima venti. Item ꝓpter pacē
qꝛ p locis vltimis nemo cō/
tendit. Joh. xvj. In mundo
pꝛeſſurā habebitꝭ. in me au/
tē pacē. Et illud Matth. xx
Dic vt ſedeant hi duo fi. m.
ꝛc̄. Itē honoꝛabili⁹ pmoueť
aliqs de inferioꝛi ad ſupius
ſicut patet ex textu. Item p/
pter exemplum xp̄i q̄ ſibi ele
git loca nouiſſima. ſ. in virgi
nis vtero. in pſepio. in crucꝭ
patibulo. in ſepulchꝛo. ꝓpter
qđ dictū eſt ei. aſcēde ſuperi
us. ꝛ exaltauit illū de⁹ et de/
dit illi nomē qđ eſt ſup oīne
nomen. 4 Pauperū affabili
tas notať cū dr̄. Cū pꝛādiuʒ
aut cenaʒ facꝭ. noli vocare a/
micos t. neqꝫ frēs t. neqꝫ co/
gnatos. neqꝫ vicinos diuiteſ
ne foꝛte ꝛ ipi te reinuitēt. ꝛ fi
et tibi retributio. Sed cum
facis cōuiuiū voca paupes.
debiles cecos ꝛ claudos. et
beat⁹ eris. qꝛ nō hn̄t retribu
ere tibi. Retribueť em̄ tibi i
reſurrectiōe iuſtoꝛū. Gloſa.
Paupes non hn̄t ſubaudis

vnō poſſint retribuere tibi.
de⁹ aūt retribuet. Amicos āt
ꝛ frēs. nō q̄ſi ſcel⁹ interdicit.
ſed ad ꝓmerēda vite celeſtis
p̄mia nihil valere oñdit. Vñ
alibi. Si benefeceritis his q̄
vobis benefaciūt. q̄ vob̄ eſt
gratia. Siquidez ꝛ pctōres
hoc faciūt. Sunt q̄dā cōui-
uia q̄ nō ſolū in p̄ñti retribu
untur. ſed etiā dānationē ge
nerant in futuro. Vñ paul⁹
opera tenebraꝝ enumerās.
ait. Non in co. ꝛ ebrie. ꝛc̄. Er
go qui guloſos atq̄ luxurio
ſos ꝓpter laſciuiā inuitat pe-
na plecteꝝ eterna. Qui vero
amicos ꝛ diuites vocat. vt ꝛ
ip̄e ab eis voceꝝ. recipit mer
cedem ſuā. Sed ꝛ ſi hoc pro
pter deū facis. in exemplum
filiorum beati Job ipſe qui
iuſſit ſicut cetera fraterne di
lectionis officia remunerat.
Hucuſq̄ glo. Conſolantur
etiā pauperes aliis modis.
ſcȝ per familiaritatem ꝛ affa
bilitatem. Ecci. iiij. Congre
gationi pauperum affabilez
te facito ꝛc̄. Item munuſcu
la tribuendo. ꝛ libertati ſue
ip̄os dimittēdo. ſicut nabu-
zardan. hieremiā. iiij. Regū
vlti. Item ip̄os in infirmita
te viſitando. ſicut ioas fleuit
ſuper helizeum ꝓphetam. iiij
Regum. xiij.

Dñica decimaſeptima.

Gratias a-
go deo meo ꝓ vobis
in gratia dei que da-
ta eſt vobis in xp̄o ieſu. qꝛ in
omnib⁹ diuites facti eſtis in
illo in omi verbo ꝛ in omni
ſcientia. ꝛc̄. j. Coꝛ. j. Sūt di
uitie diaboli deteſtabiles. di
uitie aīe delectabiles. mun
di variabiles. dei inueſtiga-
biles. Vnd̄ ꝟ. Demonis ac
aīe. mūdiq̄. deiq̄ reperte.
Sunt mihi diuitie diuerſis
vſibus apte. Diuitie dia-
boli ſunt pctā. q̄ deteſtanda
ſunt quaſi venena colubri.
Ecci. xxj. Quaſi a facie colu
bri fuge peccata. ꝛc̄. Has di
uitias ꝓponit in nūdinis ſe-
culi huius. ꝛ largiter erogat.
et ad vſuram preſtat. Eccl'i.
xxvij. Sicut in medio com-
paginis lapidum palus figi
tur. ſic inter medium vendi-
tionis et emptōnis anguſta
bitur peccatis. Diabol⁹. ſ. eſt
palus. ꝯgeries lapiduȝ ſunt
peccata. mediū emptiōis et
venditōis eſt fraus ꝛ dolus